

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Decisiones Practicæ Casuum Conscientiæ Selectorum In Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum**

Pars Altera Decisionum Practicarum Casuum Conscientiæ Selectorum In  
Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim  
Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

**Leonardelli, Bonaventura**

**Augustæ Vindelicorum ; Græcii, 1739**

Q. 1. An legatum relictum, ut pauperibus distribuatur, possit totum dari  
uni pauperi, vel duobus tantùm?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41144**

## C A S U S XXIX.

### *De legatis pauperibus distribuendis.*

Tiburtius in ultima sua voluntate inter alia reliquit bina legata, unum 200. fl. ut hi inter pauperes, distribuantur; alterum, ut duo pauperes scholastici consanguinei alantur in studiis,

*QUÆR. I. An legatum relictum, ut pauperibus distribuatur, possit totum dari uni pauperi, vel duobus tantum?*

*QUÆR. II. De quibus consanguineis intelligendum sit legatum, relictum pro consanguineis testatoris?*

*QUÆR. III. Quinam consanguinei sint aliis preferendi in legato relictio pro consanguineis pauperibus?*

169 **A**D 1. Q. posse legatum reli-  
ctum inter pauperes distribu-  
endum uni soli concedi, af-  
firmat Sermiento apud Sanch. l. 4.  
*consil. c. 1. dub. 60.* sed id merito ne-  
gat communis aliorum sententia  
cum citt. Sanch. & Lug. D. 24, S.  
11. & ratio est; quia cum id de-  
pendeat ex voluntate testatoris,  
censetur hic, ac presumitur inten-  
disse distributionem inter plures  
pauperes faciendam, tum ut plu-  
res pro se orarent, pluresque sibi  
obstrictos, gratiosque haberet;  
tum ut plurimum necessitatibus sub-  
veniret; atque adeo cum testator  
plures pauperes expresserit, &  
nominaverit, legatum pluribus, &

non uni duntaxat erit distribuen-  
dum.

An autem intentioni testatoris  
fiat satis, si tale legatum detur so-  
lum duobus? affirmat Diana *tr. 1 r.*  
*miscell. R. 59.* ubi nullum Auctorem  
pro hac sua opinione se invenisse  
ait, licet diligenter exquisiverit,  
(nec ego ullum invenio) probat ta-  
men suam assertionem ex Regula  
juris apposita in 6. quod scilicet plu-  
ralis locutio duorum numero con-  
tentia sit, idque confirmat addu-  
ctis non nullis exemplis.

Verum, cum id totum rursus 170  
pendeat ex voluntate testatoris  
Z 3 (quid-